criminibus, exceſsibus, & cenſuris Eccleſi aſticis, & diſpēſet cum eis in omnibus irre gularitatibus: ſi quas fortè contraxerint, [ho micidio voluntario: & mutilatione membri ſemper exceptis] & ei remiſsionem genera lem & plenariam omnium peccatorũ impartiri valeat. Et ꝙ hoc idem poſsit in mortis articulo. Ex Compendio priuilegiorum fratrum Minorum ſecundę impreſsionis verbo, Abſolutio ordinaria quo ad fratres, nu. 5. & frater Emanuel Tom. 1. q. 20, art. 22, Et, q. 62. art. 6, Vbi aliam conceſsionẽ eiusdem Sixti. 4. Prędicatoribus factam refert: qua concedit pro articulo mortis, vt quicũq; Confeſſor quemlibet ordinis Mendicantiũ, & eorum, qui gaudent eorum priuilegiis religioſum in articulo mortis ab omnibus caſibus, nullo excepto, cum omnimoda auctoritate ac ſi in illo actu eſſet Summus Pontifex abſoluere poſsit, & eadem auctoritate ei Indulgentiam plenariam concedere. In qua cõceſsione duo ſunt aduertenda. Primum, ꝙ hoc indultum cõmittitur cuilibet Cõfeſſori ſine reſtrictione ꝙ ſit ordinis. Vnde in articulo mortis poſſunt fratres plenariê abſolui à quocunq; Confeſſore, etiam ſeculari, dum

modo